

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus necessariis


Continuatio || Consiliorum || Sapientiæ, || Sive || Axiomatum || Salomonis - Maxime Necessariorum Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; Cum Reflexionibus Sup hac Axiomata

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

Præfatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37901**



## P R A E F A T I O.

**D**um mihi gratiam quā  
dam vice fecisset loquendi  
quibusdam anxietatibus, quā  
lectura aliquorum notatorum supradic-  
tis cursus veræ devotionis in tuo corde  
sārunt, & quas curæ iisdem remedii  
tibi auxerunt, Dixi tibi desuper aliquæ  
verba, quorum reminiscor, eā spe, quā  
non in malam mīhi partem vertes, ubi  
eadem in memoriam revocem.

Illa mea dicta verba, Theotime, frātrant, quod maxima felicitas hominū  
hac vita mortali consistat in vivendo  
pienter, & progrediendo coram Deo  
vīis Justitiae & Sanctitatis: quod nihil  
minus verum sit plures devotas perfici-  
non sentire hanc veram felicitatem, &  
formare sibi in sua imaginatione certe  
inquietudines, quæ tam graves sunt,  
ut aliæ curæ nostræ miserabilis nō  
comparabilem.

## PRÆFATIO.

condemnatæ ad sufferendum & moriendum. Attamen adjunxi pro tua consolatione, quod hoc infortunium sit communem majori parti illarum personarum, quas felices vocamus.

Nosco, tibi dixi, homines, qui habent sanitatem, divitias, reputationem, magnam estimationem, & omnia quæ ex favoribus cœli desiderare possunt; nihil ipsi deest, quām quod vel maximè desiderabile & necessarium est pro homine felici, nempe pax & quietis interna.

Videtur quod idem de abundantia illorum bonorum dici possit, quod de pinguedine alicujus terræ, ex qua tam bene quam ex terra ingrata & sterili tempestuosæ exurgunt exhalationes. In optimis suis diebus, in medio prosperitatum & gaudiorum elevantur inopinatè in talium hominum mentibus quædam nubes, vel aliquæ Melancholiæ & obscuritates mali humoris, de quibus loquuntur, tanquam de rebus insupportabilioribus, quām sit ipsa Paupertas & infirmitates. Nihil ipsis placet, ipsis metu dispergunt, & male contenti sunt de sua propria persona, plusquam de omni alia re, quamvis dic-

**PREÆFATIO.**

re nequeant , quid ipsos offendat ,  
Medici illud divinare valeant.

Interrogastime , quid hac de re sem-  
rem: libenter respondi , & dixi , quod vi-  
deatur mihi esse aliqua lassitudo , semper  
esse contentum & felicem , quod nempe  
ipsa felicitas tam bene displiceat , quam  
lii status vitae humanæ ; quod fatum homi-  
nis sit , ut dum alii inimici ipsi defuntur ,  
ipsemet se tormentet , & dum se ipsum  
tormentis afficit , id crudelius facia  
quam quisunque aliis.

Recordor etiam quod tibi dixerim , co-  
tempore dum bonus status nostræ do-  
mus , & tranquillitas nostræ vita nobis  
dant licentiam domi nostræ manendi , &  
ad cor nostrum redeundi , ibidem invi-  
niamus mirabilia negotia & disordines in-  
cognitos iis , qui non habent tempus  
pud se permanendi ; Et quod sit necesse  
pro nostra quiete , ut vel Deus sit in no-  
bis nobiscum , vel ut simus alibi , & que-  
ramus ab extra media per quæ disjungam-  
ur ab hoc inimico domestico .

Explicatio hujus dicti : Quod necesse  
est pro nostra quiete & felicitate , ut De-

*P RÆFATI O.*

fit in nobis nobiscum : fuit tum temporis  
noster discursus & conversatio ; Meæ o-  
piniones & judicia , quæ desuper tecum  
communicavi , fuerunt mea intentio fi-  
niendi id , quod incepi in *Libro Consilio-*  
*rum Sapientiæ* , & tibi hunc secundum  
mittendi Librum.

Rarum est , Theotime , invenire  
homines tam bene felices , quàm San-  
tos in hoc orbe , qui animam perfectè  
habeant quietam , & tranquillam , & nul-  
lum internum sufferant angorem.

Mea intentio non est remedandi huic  
malo , sed ipsis proponendi consilia pro-  
venientia ex ipso cælo , quæ illos doce-  
bunt scientiam huic malo remedandi per  
suas proprias curas , & se ipsos conso-  
landi . Hæc sunt istæ Regulæ extractæ ex  
libro Sapientiæ Salomonis , quas judicavi  
proprias pro illis personis , quæ querunt  
media possidendi pacem ipsorum menti-  
bus , dum possident bona hujus vitæ præ-  
sentis .

**P RÆFATIO.**

In hoc toto libro videbis Theotum  
quod mea intentio sit juncta intentione  
Angelorum: ut nempe Deus in aeternum  
glorificetur in celo, & homines  
voluntatis vivant in pace superter-  
ram, nihilque turbet quietem  
illorum conscientiarum.

